



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 78. Cardinalis Poli tanquam Legati discessus in Angliam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

§. LXXVIII.

Sæcul XVI.

A. C. 1553.

Cardinalis Poli tanquam Legati discensus in Angliam.

Nihilominus Cardinalis Polus novo Legationis diplomate a Papa accepto in Italiam profectus est, priusquam vero discederet, datis literis Cæsarem reddebat certiore non modo de suo discessu, sed potissimum de negotio ipsi demandato, quo pacem Franciam inter, & Hispaniam conciliare jubebatur. Porro Polus, postquam Tridentum venerat, Penningi literas Londino allatas accepit, quibus eidem significatum, quod cum Regina clam collocutus, eandem in ea animi propensione expertus fuerit, ut Poli Cardinalis adventum summis precibus exoptaret, ac dimidiam regni sui partem contemptura esset, dummodo sua præsentia Angliam honoraret. Ceterum abs dubio Polus nomine suo jam antea Penningum in Angliam præmiserat, quamvis Dandinus Legatus obstitisset, ac eidem Commendonum subrogasset. Insuper Penningus suis literis hæc inseruerat: haud temere hæreticorum tumultus ve-
 „reor, cum ob suum furorem, atque
 „arrogantiam merito timendi sint, qui-
 „nimo ipsa etiam Regina illorum mo-
 „limina pertimescit, nec etiam Ecclesiæ
 obe-

Pallav. l. c. cap. 8. n. I.

Sæcul. XVI.,,obedientiam palam profiteri valet ante
A.C. 1553. Senatus comitia: ut ergo summo Pon-
 tifici ritu legitimo obsequium præstare
 posset, consultius erit, si adventum
 tuum tam diu differas, donec Regina
 sit coronata, sacroque oleo uncta: in-
 terea vero eadem se spondet curaturam,
 ne in iurejurando, quod a subditis præ-
 stabitur, quicquam adversus supremam
 Pontificis auctoritatem enuntiaretur,
 minus vero tolerabit, ut ei titulus su-
 premi Capitis Ecclesiæ Anglicanæ at-
 tribuatur,, Ad hæc literas Polus die
 secunda Octobris Tridenti, ubi adhuc
 morabatur, ipsimet Reginæ respondens
 illam hortabatur, ut seposito occurren-
 tium difficultatum metu totam suam fi-
 duciam in Deo reponeret, qui eam
 hucusque luculentis adeo signis pro-
 texit, semperque illam in regni folio fir-
 maturus est, quamdiu Christi Domini
 Vicarium colere, ejusque auctoritatem
 restituere adlaboraverit. Denique ad epi-
 stolæ suæ calcem addidit, quod ob ne-
 gotia sibi a Pontifice demandata Cæsa-
 rem adire pararet.

§. LXXIX.

*Polus Dilingam veniens, ibidemque
 Reginæ literas recipiens.*

*Pallav. c. 8.
 num. 3.*

Itaque Polus Tridento profectus Dillin-
 gam Sueviæ urbem Danubio adja-
 centem,